



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Rusticum alloquitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

### DE AMORE CONIVGALI.

Diuu deūm, diuam dum deus ipse fouet,  
Dum ludunt ad prœla. pater mitissime salue,  
Annus & rediens ad tua musta ueni.

### R V S T I C V M A L L O Q V I T V R.

Vstice ne glecti cultor male fortis agelli,  
Qui subigis pi gro rura paterna boue,  
Dum soq; sinis obducis limite campum,  
Duraq; non certo subruis arua die,  
Fallaciq; tibi Cereris, fallaciq; unæ  
Fructus, & ingrati poma minuta soli.  
Non seges hæc, non cura leuis, non lenta colendi  
Desidia, offensi sed facit ira dei.  
Cuius numen aquæ uiolas, dum sæpe lutosam  
A stabulis uitreo perluis amne suem,  
Annua nec ueteri reddis sua uota facello,  
Sed cœdis sacra relligione nemus.  
Ira deos tangit. cœlestem uince furorem  
Ture pio, & multam sedulus adde precem.  
Agna ciddat Fauno. pinguisq; ex hubere matris  
Imbuat offensas candidus hœdus aquas.  
Placabisq; deum, sacræ qui præsidet undæ,  
Viscera de niente tosta ferens uitulo.

### DE PRIMO LEPORVM ORTV.

Allor an est charitū chorus hic? chorus ille leporū  
Vre puer plena mascula tura manu.  
Spargite humum uiolis, chorus aduenit, ite profani,  
Iam subit ornatus candida turba fores.  
Nunc ades o' mihi culta chelys, dum paucæ puellis